Auſpice JEHOVA

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE

AXIOMATICA GENERALI

QUAM

Regiæ Acad. Aboënſ. ProCancellario præcellentiſſimo,

Reverendiſſimo in Chriſto Patre,

Dn. ÆSCHILLO PETRÆO,

S.S.Th. *Doct:* celeberrimo, Diœceſis hujus ArchiSacerdote graviſſimo, & in Conſiſt. Cathed. Antiſt. eminentiſſimo.

REctore Magnifico, *Plurimùm Reverendo Viro,*

D. M. GEORGIO ALANO,

S.S.Th. Prof. Primario, hujus Metropolis & quæ ad ædem Cath: Sacram Collig. Eccleſiarum Paſtore digniſſimo.

Devenerandæ Facultat. Philoſ. ſuffragio & nutu,

Decano Spectabili Ampliſſ:q; *Nobiliſſ: ac Conſultiſſimo Viro,*

DN. MICHAELE GyllenStålpe

WEXIONIO J. U. & Phil. D. Juris, Pol. & Hiſt: Profeſſore P. Excellentiſſimo.

PRÆSIDE Clariſſimo,

Dn. M. ABRAHAMO Georgij

THAUV. Phyſ. & Botan. Pr. P.

In nominatâ ad Auram Univerſit. florentiſſimâ, pro Gradu & Privilegijs Magiſterij reportand.

Gabriel Georgij Thauvonius

Publ. Exam. ſubmittit, Ad diem 22. Aprilis loco & horis conſ.

Excuſa Typis Acad. apud Viduam Petri Wald. *An. 1653.*

Inclyti Magni Ducatus Fenningiæ

Academiæ *Patribus Ampliſſimis*, Reverendiſſ. *Dn. Pro-Cancellario*, Magnif. Admodùm Reverendis; Nobiliſſ: Conſultiſſ: Experientiſſ: Excellentiſſimis omnium Facultatum DN. PROFESSORIBUS; Patriæ Luminibus Columinibusq; deſideratiſſimis; Mecœn. Patronis, promotoribus & Præceptoribus æternùm devenerandis.

Nobiliſs. Spectatiſsimis & Integerrimis VIRIS,

DN. JEREMIÆ P. Roſen Klinga/ Regemenꝫ Qwarter-Måſtar Strenuo & accuratiſſ: Patrueli & Fautori ſuo honorando.

DN. JOHANNI Kröil/ Reip. Wiburgenſis Conſuli ſolertiſſimo, Fautori & Cognato ſuo colendo.

VObis Patres Benigniſſ: Digniſſimi, pro tantis multifariam collatis in me beneficijs, quod multum debeam ingenuè profiteor. Quibus recompenſandis memet aliâ ratione planè imparem deprehendo, quam illa æternæ memoriæ infigere & de referendâ gratiâ, ætatèm ſemper cogitare. Veſtra, honorandi ſangvine juncti, puri puti erga me meoſq; affectus officia grato animo agnoſco, memoreq; mente recolere ſtudebo.

In debiti obſequij & prompti officij exhibendi τῆς μνήμης levidenſe hoc munus Humiliter, Reventer, officioſè conſec.

Gabriel G. Thauvonius.

In Nomine Domini noſtri JESU Chriſti.

AXiomatis *natura* Eſſentialis *bifariam ſe repræſentat vlz.* Generâliter & ſpecialiter. *Illam (habitâ ratione brevitatis, mihi meisq́; jam competitoribus, â Veneranda Facultate Philoſophica certis de cauſis ſeverè præcepta, cui renuere grande nefas eſt.) Tranſitoriè duntaxat delineaſſe indeq́; ea potiſſimùm quæ S. Theolog. Studioſo uſui ſunt delibaſſe integrum eſto.*

Circa Generalem Axiomatis naturam Tria *ſunt conſideranda.* I. Definitio, *quæ commodiſſimè formata ita ſonat:* Axioma eſt diſpoſitio argumenti cum argumento, qua eſſe aliquid aut non eſſe judicatur: *Vel ita, Axioma eſt ſententia duobus argumentis conſtans &c.*

Circa Definitum notanda. α Homon, quod vox Axioma, hic non accipiatur Mathematicè & Spec. pro Axiomatibus naturâ certis, manifeſtis & indubitatis. Sed Generaliter pro quavis propoſitio-

ne, ſive ſit vera ſive falſa; neceſſaria aut contingens &c.

β Ethymolog. Axioma conceptu, hic loci proprio deducitur ab ἀξιόω, quod ſignificat idem quod cenſeo, ſtatuo, judico.

γ Synon. ſunt Axioma, Enuntiatio, Pronunciatio, propoſitio, &c.

In definitione not. Materia ſz. duo argumenta Topica. Forma, eorundem axiomatica diſpoſitio. Finis, legittimum judicium.

ζητ. I. An judicium pertineat ad ſolam Logicam? Aff.

2. An Inventio & judicium rectè diſtingvantur? Aff.

ΑΞΙΩΜ.

Axioma omne in rebus debet eſſe fundatum. *Vanus enim eſt conceptus, cui prorſus nihil reſpondet in re, ideoq́; ἄτοπον eſt ei credere.* ε. Omne enuntiatum quod veritas rei non comprobat, pro nudo mentis figmento eſt habendum.

Ex hoc axiomate refutari poteſt Concil. Trident. quod totam panis ſubſtantiam in corpus Chriſti converſam eſſe decrevit.

II.

II. Conſtitutio, *quæ duabus partibus & vinculo abſolvitur. Partes illæ ſunt Subjectum, quod habet rationem thematis & arguitur, Prædicatum, quod habet rationem argumenti & arguit. Clarius; Subj. eſt de quo aliquid dicitur. Præd. quod de aliquo dicitur. Vinculum ſive copula Præd. & Subj. connectit.*

ΑΞΙΩΜ.

1. Subjectum & Prædicatum non poſſunt extra enuntiationem conſiderari. *Ex hoc axiomate defendi poteſt noſtratium Theologorum Syllogiſmus, quem Calvin. opponere ſolent. Tropica enuntiatio eſt, in qua Tropus eſt vel in ſubjecto vel prædicato. Atqui in propoſit Sacramentali Tropus nullus eſt ut ipſemet Calviniſtæ confitentur. E.*

2. Qualis eſt deſcriptio prædicati tale eſt ipſum prædicatum.

III. Diviſio, *quâ Axiom.* (1.) *ſecundum* qualitatem *dicitur* Affirmatum *ubi prædicatum de ſubjecto per copulam affirmatur.* Negatum *in quo prædicatum de ſubjecto per eandem negatur. Horum utrumq; eſt vel* purum *vel* Modale.

Axiom. In omnibus axiomatibus affirmant tantùm conſentanea argumenta ponuntur.

Verum *quod pronunciat uti res eſt;* Falſum è *contra, utrumq; eſt* Neceſſarium *quod immutabiliter eſt verum, aut falſum;* *Et hac ratione graduum eſt triplex. nim.* Κατὰ παντός. Καθ' αὑτό. Καθόλου πρῶτον. Contingens *quod contingenter eſt verum vel falſum.*

zyr. An veritas Theologica & Philoſ. ſint ſibi invicem oppoſitæ. An verò diſparatæ & ſubordinatæ? N. p. Aff. poſt.

(2.) *Secundum* Quantitatem, *dicitur* (A) Univerſale *ubi prædicatum de ſubjecto univerſaliter aff. vel negatur.* *Eſtq;* Definitum *cum ſubjectum ſigno quantitatis exprimitur.* Indefinitum *dùm ſigno quantitatis expreſſo caret.*

Univerſale ἀντίστροφον, *quod ex una tantùm parte tale eſt;* ἀντίστροφον, *quod eſt ex utraq; i. eſt reciprocè univerſale.*

(b) *Particulare in quo prædicatum de ſubj. particulariter aff. vel negatur.*

(c) *Singulare eſt, cujus conſequens* (*præd.*) *commune aut proprium, tribuitur proprio antecedenti* (*ſub.*)

1. Particula omnis varias habet ſignificationes, quæ accuratè ſunt diſtingvendæ: *Deſignat enim univerſitatem diſtributivam & collectivam. Illa viciſſim dupliciter conſideratur ſz. in ſingula generum & genera ſingulorum hâc diſtinctione benè intellectâ in S. Scriptura paſſim opus eſt.*

2. Signa ſyncategorematica utrùm univerſaliter aut particulariter accipiantur benè notand. quodq; ſi ſequentia obſervantur κριτήρια optimè ſuccedit.

1. Subjecta materia diligenter eſt ponderanda. 2. loca parallela ſive homogenea cum iſto textu, de quo orta eſt controverſia, diligenter ſunt conferenda.

Uſus hujus Axiom. eſt contra Calvinianos & Pontificies. Nos Luth. 1. Tim: 2. DEus vult omnes homines ſalvos fieri, voculam omnes *accipimus pro diſtribut. in ſingula generum. Calviniani verò craſſè contra Scripturam pro diſtribut. in genera ſingulorum. Inter Luth. & Pontif. de vocula in Sacramento Altaris: Bibite ex hoc omnes. Pontif. intelligunt omnes Miſſificos Laicis excluſis; nos verò omnes fideles.*

Μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα.

Corollaria.

1.

QUædam notitiæ â natura nobis inſunt.

2. Angeli â Deo ſunt creati primo creationis die.

3. Angeli omnes ſunt ejuſdem ſpeciei.

4. Angeli per ſe & ſuâ naturâ ſunt liberi ab unione corporis hypoſtatica.

5. Angeli per ſe futura aut cogitationes hominum non cognoſcunt.

6. Diabolus eſt author ſpectrorum & terriculamentorum diurnorum & nocturnorum.

7. Igne fatuo cacodœmon abutitur ſæpè ad viatorum perniciem.

8. Lux primæva non erat circa univerſum chaos diffuſa.

9. Venæ, arteriæ & nervi maximè differunt tùm ratione principij, tùm alijs condit.

10. Orbes reales in cœlo non dantur.

11. In triangulo rectangulo, quadratum lateris recto angulo oppoſiti, æquale eſt duobus ſimul quadratis, reliquorum duorum laterum.

12. Altitudo turris per umbram, baculum, ſpeculum & Aſſerem Geodæticum indagari poteſt.

13. Lumen in lunâ non accreſcit & decreſcit.

14. Sol univerſalem non patitur Ecclipſin.

15. Sola luna Ecclipſin patitur.

16. Vita humana temperantiâ prolongari poteſt.

17. Boni Principis eſt accingere ſe Conſiliarijs partẽ curarũm capeſſituris, quîs orbis habenas moderetur.

18. Cauſa & principium idem non ſunt.